



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

6 Pensio super cathedralibus ecclesiis regulariter non reservatur, nisi cum clausula, dummodò remaneant ducati mille pro titulari. Pensio super fructibus parochialium ecclesiarum non reservatur, nisi ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ceptiones titulari contra reservatorium  
comperant, & quomodo extinguitur in-  
fra demonstrabitur.

Reservatur autem† pensio per Papam  
3 pluribus de causis.

Primo beneficio vacante per obitum,  
quando unicenteruntur beneficium, alteri  
verò reservatur pensio pro sustentatione  
super eodem beneficio, quod Papa regu-  
lariter facere potest, eum sit Dominus o-  
mnium beneficiorum, clem. I. ut lit.  
pendent. cum aliis alibi allegatis, qui de  
fructibus beneficiorum ad libitum dispo-  
nere potest, ut trad. Gig. de pens. q. 6. n. 7.

4 Secundò per resignationem † de con-  
sensu resignatarii in favorem ipsius resi-  
gnantis, & ista pensio licite reservatur.  
Felin. in cap. ad audientiam, il. 2. num. 3.  
de rescript. & in cap. ex parte, il 1. n. 1. de  
off pot. jud. deleg. vel ex causa cessationis  
jurium inter litigantes pro bono pacis, &  
lite componenda, cap. nisi essent, de prab.  
& Felin. in d. cap. ad audientiam, num 2.  
vers. exemplifica.

5 Tertiò in favorem † alterius tertiae  
personæ a resignante nominatæ, & quan-  
do quis simpliciter consentit, quod pen-  
sio reservetur in favorem alicujus tertiae  
personæ, puta nepotis, aut alterius perso-  
næ consentientis reservationi benevitæ,  
qua raro admittitur, quia est sine causa,  
& regulariter sine causa Papa pensiones  
non reservat. Gig. de pens. quest. 6. num.  
6. & maxima cum difficultate admittit  
etiam ex causa resignationis favore  
tertiae personæ; quia ista sapiunt quo-  
dammodo dispositionem fructuum be-  
neficarii, qua cum habeat imaginem hæ-  
reditariz successionis, est odiosa, cap. apo-  
stolica. 8. quest. 1. cap. ex transmissa, & cap.

ad extirpandas, desil. presb. cap. ad hac, de  
dec. cap. consulunt, de jurepatron. & conc.  
Trid. cap. 7. de reform. sess. 25.

Et quia super fructibus † cathedralium  
ecclesiarum pensio non reservatur regu-  
lariter, nisi cum clausula, dummodo  
remaneant ducati mille pro Episcopo: &  
super parochialibus ecclesiis, nisi rema-  
neant centum ducati pro rectori, ex di-  
spositione sacri concil. Trident. cap. 13.  
vers. ad hac, de refor. sess. 24. & super aliis  
beneficiis quand. q; cum clausula, dum-  
modo pensio mediata fructuum non  
excedat.

Titulari pensionem solveret recusante  
agens ad pensionem tenetur verificare  
dictam conditionem, quod remaneant  
Episcopo ducati mille, centum parochi,  
vel quod pensio non excedat mediata  
fructuum, quia, † licet allegans ex-  
cessum illam probare teneatur. Bellam.  
decis. 470. & Mascard. conclus. 696. n. 11.  
& alleganti beneficium esse minoris red-  
ditus incumbat onus probandi, cum  
quodlibet beneficium presumatur esse  
annui redditus pro vita duorum, cap. ut  
quisque, iust. gloss. in verb. clericum, de  
vit. & honest. cleric. & Felin. in cap. ad  
aures, num. 4. vers. tertia conclusio, dere-  
script. quia tamen allegans excessum, aut  
majorem valorem fructuum fundat suam  
exceptionem, aut in dispositione sacri  
concilii. d. cap. 13. de refor. sess. 24. aut  
in facto super minori valore, cum dicta  
exceptiones non oriuntur ex lectura literarum  
reservationis pensionis, alleganti  
incumbit onus probandi, & ita pro-  
cedunt supradicta, & Gig. de pens. q. 9.  
num. 9. 10. & 11. & Rot. in noviss. decis. 30.  
I. p. 1. nu. 3.

Sed

